

www.e-rara.ch

Anatomes Caspari Bauhini Basil. medici & profess. ordina

Bauhin, Caspar

Basileae, [1597]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-9803>

Caspari Bauhini Basil. medici anatomici et botanici ordin. in secundum suae anatomes
librum praefatio

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CASPARI BAVHINI

BASIL. MEDICI

ANATOMICI ET BO-
TANICI ORDIN.

IN

secundum suæ Anatomies
Librum

PRÆFATIO.



RIPLICEM rerum omnium
compositionem esse docuit Phi-
losophus 2. de partib. animalium
1. quarum prima ea est quæ ex
primordijs conficitur ijs, quæ nō-
nulli Elementa appellant, terram dico, aquam,
aërem, ignem: sed melius fortasse, inquit, dici po-
test ex virtutibus confici elementorum. Secunda
constitutio ex primis illis, natura Similariū par-
tium in animalibus est, vt ossis, vt carnis & reli-
quorum generis eiusdem. Tertia & vltima nu-
mero partium Dissimilariū est, vt faciei, manus,
& reliquorum eiusmodi membrorum, quæ ge-
neratione quidem vltima sunt, natura verò pri-
ma: cum posteriora generatione natura priora
sint, & econtrà, vt docuit Aristoteles 8. Physico-
rum textu 58. & 9. Metaphysicorum 15.

Galenus triplicem quoq; οὐδὲ σὶν ὁ ἀπὸ αἰ-
σῶν libro de differentijs morborum 3 ex Hippo-
cratis mente proposuit; verum cum de animalium
corporibus

corporibus tantum agat, primam compositionem ab Aristotele propositam omittit, reliquas duas assumendo & tertiam addendo. Prima quidem τῶν ὁμοιομερῶν: veluti arteriarum, venarum, nervorum, ossium, cartilaginum, ligamentorum, membranarum & carnum. Secunda, τῶν ὁργανικῶν: cerebri, cordis, pulmonis, hepatis, ventris, splenis, oculorum & renum. Tertiam τῶν συνισταμένων, Etenim sicut totum corpus ex partibus Instrumentariis est compositum, sic harum partium vnaquaque ex alijs simplicibus ad sensum patentibus est composita: simplicium verò quaelibet, ex primis constat Elementis.

Quare cum animalia, ut habetur 2. de part. anim. 1. & per consequens & Homo, ex utroque membrorum genere Similaribus & Dissimilaribus constet, sitque animus harmoniam illam corporis nostri resolvere (pulchrum enim est, inquit quidam, harmoniam corporis quatenus cognitionis causa sit, solvere) à proprijs Hominis elementis, ut à Galeno 2. Elementorum 1. vocantur, nimirum PARTIBVS SIMILARIBVS (cum dissimilaribus sint priores, ut rectè Aristoteles 1. de generatione animalium 18. imò dissimilariū gratia habeantur, ut est 2. de partibus anim. 1.) exordiamur, primamque compositionem Galenicam, quæ Aristoteli secunda est, pertractemus. Ex harum enim cognitione, Compositarum seu Dissimilariū (cum ex Similaribus constant, ut rectè Aristot. 1. de gener. anim. 18.) & totius Corporis

poris ratio dependet. Nam sicut corpora simplicia cognoscimus ex simplicib. actionibus, vt aquā ex actu refrigerādi: sic & hominem ex suis actionibus cognoscimus, quæ cum variæ sint & etiam contrariæ, corpus ex diuersis partibus compositū esse ostendunt: quas partes, quod ex his actionum summa dependeat; cognoscere omnino oportet, priusquā de toto agatur. Vt verò methodicè rem pertractemus, primū quod corpus nostrum non vnica & simili constet parte ostendamus: dein quid Pars sit, vbi varias partis acceptiones & quid partis nomine intelligi velimus, fuerit expositum, subiiciemus.

CAPVT I.

Corpus nostrum ex vna similiq; parte non constare.



QORPVS nostrū ex vna similiq; parte nō constare Aristoteles 2. de partibus animalium 1. ex actionibus corporis quod nō vnica sit, demonstrat hoc ferè modo. Si vnica esset actio, vnica etiam foret substantia: at vnica cum non sit actio: vnica etiā parte corpus non constabit. Sed videmus corpus per plures formas de
 2 2 necessitate